

Doc. 15861202

1586, 2 de desembre. Xàtiva

ARV. Diversos. Casa Calatayud. Sig. 80-69

AMX, FGB-FD/1024

Miquel Barberà, fill de Jaume Barberà, per tal de pagar al seu germà, Joaquim Barberà, tots tres llauradors del barri del Mercat, cent vint-i-cinc lliures per la compra que li havia fet de certa parcel·la de terra, li va transmetre la propietat de dues fanecades i mitja de terra, que valien la mitat d'aquella quantitat, i l'altra mitat la va abonar en metàl·lic. Hi ha àpoca de la transacció.

Venda de terra fermada de Miquel Barberà a Joachim Barberà per preu de CXXV lliures, a 2 de dembre 1586¹

Die secundo, mensis decembris, anno a Nativitate Domini MDLXXXVI.

Ego, Michael Barbera, agricola, filius Jacobi, civitatis Xative habitator, pro soluendis et pacandis, vobis, honorabili Joachino Barbera, agricultori, fratri meo, dicte civitatis Xative habitator, omnibus illis sexaginta libris tribus solidis et tribus denariis, monete regalium Valencie, in pacca ratta illarum denariorum predicte monete, per me vobis debitarum et debitorum exet de precio cuiusdam trocei terre per me a vobis empte, publico emptionis instrumento per notarium infrascriptum recepto, sub die presenti paulo ante istud, unde renuncio, etc., quia etc., ideo scienter et gratis, cum hoc presenti publico instrumento, etc, do, vendo, concedo, trado seu quasi trado vobis, dicto Joachino Barbera, agricultori, dicte civitatis Xative habitatori, fratrique meo, presenti, et vestris, duas fanecatas et dimidiam terre, parum plus vel minus, sitas et positas in orta presentis civitatis Xative, in partita vulgariter dicta del Dissapte, cequia dicta de Mezes, integriter confrontatas cum terra Jacobi Barbera, cum terra (*en blanc*) Pastor, et cum terra vestra, dicti Joachini Barbera, emptoris, franquas, etc.²

Hanc autem venditionem vobis et vestris facio cum omnibus iuribus etc, de quibus, etc, et quibus, etc, instituentes ad habendum, etc., exceptis, etc., melius...

[segueixen les fórmules legals habituals]

Testes, Anthonius Vidal, mercator, et Michael Garcia, virgarius juratorum, dicte civitatis habitatores.

Dictis die et anno

Fiat apoca de dictis centum viginti quinque libris, precio dicte venditionis habitis et receptis, isto videlicet modo, quod dictus emptor, de voluntate dicti venditoris penes se retinuit et retinet sexaginta libras, tres solidos et tres denarios, predicte monete, causis et rationibus contentis in exordio dicte venditionis, et restantes sexaginta quatuor libras, sexdecim solidos et novem denarios, ad complementum dicte dictarum centum viginti

¹ Del document de l'ARV hi ha còpia digital en l'AMX, en la signatura que s'indica dalt.

² Aquesta branca dels Barberà era de llauradors del barri del Mercat. El fill de Joaquim, Jaume Barberà Albero, que va ser hereu de sa tia, Isabel Albero, va ser nomenat cavaller, iniciant així un ascens social extraordinari, que arriba, com la majoria de casos en Xàtiva, a la noblesa titulada madrilenya. Aquest document està relacionat amb el Doc. 17650000. Post, del blog.

quinque librarum, habuit et recepit in pecunia realiter numerando. Unde renunciavit, etc., quia, etc. Actum Xative.

Testes predictae

Jhesus. Preinsertum venditioni instrumentum, unacum eius apoca, manu aliena scriptum, abstractum fuit a receptorio Francisci Pastrana, quondam, notarium, per me, Franciscum Moscardo, notarium, regentem libros et prothocolla illius. Et quia fides detur, hic meum artis notarie pono signum.